

stataſque ſibi preces aliisſque reci-
tantes.

Afferunt iſti, ſe inter reliqua
inanium deorum ſimulacra, cœli
quoque Dominum venerari, ſed
corporeum illum, & cui indigna
multa contigiffe, ipſi etiam in ſuis
libris, delirant, quæ deliria narra-
rem, niſi eſſent ab instituto meo
aliena, ſed tamen ex uno cætera
licebit conjectare. Fabulantur cœli
Regem, qui nunc regnat cogno-
mine *Ciam* appellari, nam qui
prius imperabat, *Leu* dicebatur.
Hic die quadam in terras venerat
ſuper candido Dracone obequi-
tans. Eum *Ciam*, quem conjecto-
rem fuiſſe dicunt, convivio exce-
pit, interim vero dum *Leu* epula-
batur, in candidum Draconem
conſcendit, à quo in cœlum eve-
ctus cœleſte regnum occupavit, &
reverti conantem *Leu* in perpe-
tuum excluſit, ſed tamen à novo
cœli Rege impetravit, ut monti

R cui-